

Folium. xij.

strum statutum quicquid attemptare presumat. Alioquin ultra penam canonicam sibi infligendam gravissime punietur.

De clericis vagis & peregrinis.

Item precipimus et mandamus omnibus prelati et clericis nostre dyocesis cuiuscumque status aut conditionis fuerint Ne clericos ignotos et aliarum dyocesium in suis beneficiis ad officium recipiant sine nostris litteris receptorijs aut licentia nostra speciali. Cum tales ignoti et aliarum dyocesium clerici ut in plurimum sunt infames. irregulares siue excommunicati. et quod horrendum est dicere. homicide. Si quis etiam talem vel tales haberet apud se eum vel eos mora se dimittat. Alias vos omnes et quemlibet vrm ex tunc prout ex nunc ecclesie suspendimus ab ingressu ad alias penas graviores si necessarium fuerit processuri.

De religiosis se terminarios asserentes.

Itz intelleximus qualiter multi religiosi ordinis mendicantium se terminarios asserentes. cum tamen non sint in nostra dyocesi. faciunt petitiones tam in civitatibus quam villis. parrochialibus sacerdotibus in non modicum damnum et gravamen. propterea volumus ac omnibus vicinorum rectoribus nostre dyocesis iniungimus et precipimus ne de cetero quempiam talium admittant nisi

B iij